

# Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die

## Savanter Diöcese.

**Inhalt:** I. Epistola Pontificia, womit ein am letzten Sonntage des Septembers zu haltender Seelengottesdienst angeordnet wird. — II. Decretum de festo, officio et recitatione Rosarii. — III. Decretum über die Ablässe für den Monat November. — IV. Concessio birreti violacei. — V. Das Schulgesetz vom 7. Jänner 1888. — VI. Reisebegünstigungen seitens des österr.-ung. Lloyd für Missionäre aus Bettelorden u. a. — VII. Anempfehlung: a) des katholischen Büchervereines in Salzburg; b) des Werkes: „Die Heiligen Deutschlands“, und c) des Staatshandbuchs der österreichischen Monarchie. — VIII. Diöcesan-Nachrichten.

## I.

## Epistola Pontificia

# LEONIS PP. XIII.

ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos et Episcopos catholici orbis universos gratiam et communionem cum apostolica sede habentes.

Quod anniversarius Sacerdotii Nostri dies quinquagesimus nuper Ecclesiae peroptato illuxerit, acceptum, ut oportet, referimus summae Dei benignitati, ejus nutu arbitrioque providentissimo omnis vita hominum regitur. Ac pari modo tantam ubique animorum consensionem in obsequiis, in effusa liberalitate, in publicis laetitiae significationibus nemo poterat nisi Ille excitare, ejus omnino imperium est in hominum mentes et voluntates et corda, quique eventus rerum ad christianae religionis gloriam dirigit et moderatur. — Praeclarum quidem et memorabile factum, ex quo ipsi Ecclesiae hostes, vel inviti et nolentes, suis ipsi oculis perspiciunt, quemadmodum divina ejus vita ac divinitus ingenita virtus vigeat semper, atque adeo persuadere sibi cogantur, insano prorsus conatu gentes impias fremere et inania meditari adversus Dominum et adversus Christum ejus.

Jamvero, ut quam latissime hujus beneficii divini et memoria maneret et utilitas, caelestium gratiarum thesauro universo Nobis concredito gregi reclusimus: nec sane praetermisimus divinae pietatis munera iis ipsis implorare, qui extra unicam salutis Arcam adhuc versantur: quod hoc consilio fecimus, *ut omnes gentes et populi, in fide caritatis vinculo sociati, unico ovili sub uno pastore citius aggregentur*: ita sane *Dominum nostrum Jesum Christum* cum gemitibus exoravimus in solenni Sacro Canonizationis mox celebratae.

Nos enim et ad triumphantem Ecclesiam sublatis oculis, heroibus christianis, de quibus jam absoluta feliciter erat praestantissimarum virtutum ac miraculorum ad juris tramites cognitio, aliis sanctorum summos honores, aliis beatorum cultum solemniter decrevimus et tribuimus, ut ea, quae in caelis est Hierusalem, cum hac ipsa, quae in terris peregrinatur a Domino, communionem laetitiae jungeretur.

Verum quo huic ipsi rei veluti cumulus, Deo adjuvante, imponatur, Apostolicae Nostrae caritatis officia, de plenitudine infiniti spiritualis thesauri, ad eos quoque dilectos Ecclesiae filios, largius quo fieri possit, proferre cupimus, qui morte justorum obita de militia hujus vitae migrarunt cum signo fidei, ac mysticae vitis inserti propagini; ita tamen, ut prohibeantur ingressu in aeternam requiem usque dum divinae justitiae ultrici pro contractis debitis ad minimum reddant quadrantem. — Movemur autem tum piis catholicorum votis, quibus consilium hoc Nostrum pergratum esse scimus, tum lacrimabili poenarum, quibus defunctorum animae cruciantur, atrocitate: sed praeterea et maxime movemur consuetudine Ecce-

siae, quae, vel inter iucundiores per annum solemnitates, sanctam et salubrem agit defunctorum memoriam, ut a peccatis solvantur.

Itaque cum ex catholica doctrina exploratum sit *animas in purgatorio detentas Fidelium suffragiis, potissimum vero acceptabili altaris Sacrificio, juvari*, nullum censemus neque utilius neque optatius a Nobis proficisci ad eas posse pignus, quam si multiplicemus in locis omnibus pro satisfactione ipsarum oblationem mundam sacrosancti Sacrificii Mediatoris nostri divini.

Quare statuimus, cum necessariis omnibus dispensationibus et derogationibus, *ultimam Dominicam proxime venturi mensis Septembris* tamquam amplissimae expiationis diem, quo celebretur a Nobis, itemque a singulis fratribus Nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis aliisque Praelatis Dioecesim habentibus, in suis ejusque Ecclesiis Patriarchalibus, Metropolitanis et Cathedralibus, specialis missa defunctorum, majori qua fieri potest solemnitate, eoque ritu qui in missali adsignatur *in Commemoratione omnium fidelium defunctorum*. Id ipsum fieri probamus in Parochialibus et Collegiatis Ecclesiis tam saecularium quam regularium, et ab omnibus sacerdotibus, dummodo ne omittatur missa officio diei respondens, ubicumque est obligatio. — Alios autem Christifideles vehementer hortamur ut, facta sacramentali confessione, ad purgantium animarum suffragium angelico pane se devote reficiant. — His vero plenariam Indulgentiam pro defunctis: singulis, ut dictum est supra, celebrantibus, Altaris privilegium, auctoritate Apostolica impertimur.

Sic nimirum pie animae in quibus noxarum reliquiae terribili cruciatuum magnitudine eluuntur, peropportunum ac singulare solatium percipient ex Hostia salutari, quam Ecclesia universa, Capiti suo visibili conjuncta eodemque caritatis affectu inflammata, Deo est oblatura ut eis locum refrigerii, lucis et pacis indulgeat sempiternae.

Interea Vobis, Venerabiles Fratres universoque Clero et populo curae vestrae concredito, Apostolicam benedictionem, caelestium munerum auspicem, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum in die solempni Paschatis anno MDCCCLXXXVIII Pontificatus Nostri undecimo.

**Leo PP. XIII.**

## II.

# Decretum Urbis et Orbis.

Diuturnis Ecclesiae acerbitatibus, ac temporum quotidie invalescente difficultate commotus, Sanctissimus Dominus Noster LEO PAPA XIII. cunctos a sui Pontificatus exordiis ubique christianos excitare non destitit ad Deiparam Virginem Mariam sacri Rosarii ritu colendam atque implorandam. Inter cetera quae praeclare edocuit in sua prima de Rosario Encyclica (1 Septembr. 1883) ait: *Divini necessitas auxilii haud sane est hodie minor, quam cum magnus Dominicus, ad publica sananda vulnera, Marialis Rosarii usum invenit. Ille vero caelesti pervidit lumine, aetatis suae malis remedium nullum praesentius futurum, quam si homines ad Christum, qui VIA, VERITAS ET VITA EST, salutis per Eum nobis partae crebra commentatione rediissent; et Virginem illam, cui datum est cunctas haereses interimere, deprecatricem apud Deum adhibuissent. Idcirco sacri Rosarii formulam ita composuit, ut et salutis nostrae mysteria ordine recolerentur, et huic meditandi officio mysticum innecteretur sertum ex angelica salutatione contextum, interiecta oratione ad Deum et Patrem Domini Nostri Iesu Christi. Nos igitur non absimili malo idem quaerentes remedium, non dubitamus quin eadem haec a beatissimo viro, tanto cum orbis catholici emolumento, inducta precatio, momenti plurimum habitura sit ad levandas nostrorum quoque temporum calamitates. Pontificiae voluntati permagna animorum alacritate et concordia ubique locorum obtemperatum est, ut luculenter apparuerit quantus religionis et pietatis ardor exstet in populo christiano, et quantam in caelesti Mariae Virginis patrocinio spem universi reponant* (Encyclica 30. Augusti 1884). Huiusmodi porro spei veluti praeclarus fructus, iure nunc accenseri debet memorabile factum quod hoc anno, sacerdotii eiusdem Sanctissimi Domini Nostri quinquagesimo, Deus ostendit:

mirandum profecto publicae religionis et fidei exemplum, pulcherrimum honestissimumque pietatis certamen in toto christiano orbe inter omnigenas laetitiae significationes exhibitum. Omnes hominum ordines, vel ex dissitis terrarum partibus, gestierunt prosequi Pontificem Summum, beati Petri successorem, omni genere officii: legationibus, litteris, peregrinationibus etiam longinquis ultro susceptis, oblatisque ingenti numero et effusa magnificentia muneribus, de quibus verissime dictum est, materiam et opus propensione superari voluntatis. *Qua scilicet in re admirabiliter fulget Dei benignitas et virtus, qui in magnis Ecclesiae laboribus vires eius confirmat ac fulcit: qui pro nomine suo certantibus solatia tribuit: qui providentiae suae consilio ex malis ipsis uberem bonorum messem educit: fulget item Ecclesiae gloria, quae originis vitaeque suae vim divinam ostendit, ac divinum quo regitur vivitque, spiritum: quo fit, ut fidelium mentes et voluntates uno eodemque vinculo invicem, itemque cum supremo Ecclesiae Pastore iungantur* (Allocut. Consistor. 25 Novembr. 1887).

Iamvero id perpendentes Catholicorum gentes, dum inferorum portae quotidie audaciores fiunt in bello adversus Ecclesiam urgendo, probe sentiunt quantopere oporteat in potentissimam Dei Matrem augere fervorem, augere fiduciam, ut per Rosarii preces exorata, nomini Christiano et Apostolicae Cathedrae propitia succurrat: memores velle Deum donorum suorum continuationem atque implementum *non solum bonitatis suae, sed etiam perseverantiae nostrae esse fructum* (Breve Apost. 24 Decembr. 1883).

Quapropter ad gratias agendas pro acceptis beneficiis, et pro concedendis enixius deprecandum Beatissimus Pater quae superioribus annis per Suas Encyclicas, et per Sacrorum Rituum Congregationis Decreta (20. Augusti 1885 — 26. Augusti 1886 — 11. Septembris 1887) de salutaris sacri Rosarii ritu, praesertim toto mense Octobri celebrando, statuit et hortatus est; eadem omnia hoc vertente anno fieri mandat ac vehementer hortatur. Et quoniam plura de ampliori cultu liturgico magnae Virgini sub titulo Rosarii exhibendo iam decrevit; novum addere adhuc volens incrementum, sacrum festum eiusdem Rosarii solemnitatis, Dominicae primae Octobris adsignatum, *OFFICIO PROPRIO CUM MISSA* decoravit, illudque ab utroque Clero in posteram recitari praecepit, iuxta schema quod, a se recognitum et probatum, per eandem Sacrorum Rituum Congregationem hac ipsa die edi mandavit.

Nonis Augusti, in Festo B. Mariae Virginis ad Nives anno 1888.

A. CARDINALIS BIANCHI S. R. C. Praefectus.

L. S.

LAURENTIUS SALVATI S. R. C. Secretarius.

### III.

## Decretum Urbis et Orbis

*quo Universis Christifidelibus conceduntur Indulgentiae mense integro Novembri piis exercitiis animabus Purgatorii opem et solamen laturis.*

Ex Audientia Sanctissimi diei 17. Januarii 1888.

Inter cetera christianae pietatis officia illud etiam in permultis variarum Dioecesium Ecclesiis obtinuit mense integro Novembri juvandi quotidianis suffragiis animas piacularibus poenis exercitatas, immo et privatim a Christifidelibus huiusmodi pium exercitium frequentari coeptum est. Quamvis autem singulis petentibus Indulgentiarum munera pro hoc pio exercitio Romani Pontifices concedere non renuerint, nondum tamen harum Indulgentiarum concessio universalis evaserat. Modo vero quum supplicationes porrectae fuerint Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII., quatenus universis Christifidelibus praefatum pium exercitium peragentibus Indulgentiarum thesaurum reserare dignaretur, Idem Sanctissimus, hisce petitionibus clementer exceptis, quo ferventior erga defunctorum animas foveatur charitas, omnibus utriusque sexus Christifidelibus qui sive publice sive privatim peculiaribus piis exercitiis devotisque obsequiis animabus in Purgatorio detentis solamen per integrum mensem Novembrem quotidie afferre

studuerint, Indulgentiam *septem annorum totidemque quadragenarum* semel in singulis praefati mensis diebus lucranda, et iisdem pariter *Plenariam Indulgentiam* in una memorati mensis die uniuscujusque arbitrio eligenda, qua vere poenitentes, confessi ac sacra communione refecti fuerint et aliquam Ecclesiam vel publicum Sacellum adiverint, ibique ad mentem Sanctitatis Suae pie oraverint, clementer est impertitus; quas Indulgentias eadem Sanctitas sua defunctis quoque applicabiles benigne declaravit. Praesenti *in perpetuum* valituro absque ulla Brevis expeditione.

Datum *Romae* ex Secretaria S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praepositae die 17. Januarii 1888.

CAIETANUS Card. ALOISI MASELLA, *Praefectus*.

ALEXANDER Episcopus OENSIS, *Secretarius*.

Die Herren Seelsorger werden beauftragt, die Gläubigen rechtzeitig auf diese Ablässe aufmerksam zu machen und dieselben zur Gewinnung derselben anzueifern.

#### IV.

#### Concessio birreti violacei

## LEO PP. XIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.* Praeclaro divinae gratiae munere effectum est, ut Sacerdotalis Nostrae consecrationis diem quinquagesimo anno redeuntem, frequenti Episcoporum Venerabilium fratrum Nostrorum corona septi, innumero fidelium coetu stipati, quin et universo christiano orbe gestiente, celebrare potuerimus. Cui tantae celebritati fastigium impositum est maioribus caelitem honoribus, quos divino Spiritu adspirante suprema auctoritate Nostra nonnullis eximiae sanctitatis viris solemniter attribui-  
mus. Quae quidem omnia non uno Nobis nomine grata et pericunda fuerunt. Primo enim in spem adducimur, fore ut fidelium precibus ac novensilium Sanctorum intercessione propitiatus Deus, tot tantisque, quibus humana premitur societas, malis opportuna afferat remedia, optatamque mundo pacem ac tranquillitatem largiatur. Deinde vero ex eo laetamur, quod innumarabiles observantiae et obsequii significationes, quibus Nos toto orbis fideles unanimi consensione prosecuti sunt, tum ostendunt et antiquam pietatem et Apostolicae Sedis amorem christianis pectoribus alte manere defixum, tum in summam Venerabilium Fratrum sacrorum Antistitum laudem cedunt, quorum opera ac virtute in populis sibi commendatis et concreditis in tanta temporum perversitate ita viget ac floret catholicae religionis cultus, et huic Sedi ac Romano Pontifici sunt animi addicti atque coniuncti. Nos ne fausti huius eventus memoria intercidat, atque ut publicum aliquod benevolentiae Nostrae testimonium Venerabilibus Fratribus exhibeamus, externo honoris insigni universos terrarum orbis Antistites exornandos censuimus. Quare hisce litteris Apostolica auctoritate Nostra perpetuum in modum concedimus, ut universi Patriarchae, Archiepiscopi et Episcopi birreto violacei coloris hoc futurisque temporibus uti libere et licite possint et valeant. Hoc ita illis proprium volumus, ut alius, qui Episcopali dignitate non sit insignitus, eiusmodi ornamento nullatenus potiri queat. Non obstantibus Constitutionibus et sanctionibus Apostolicis, ceterisque omnibus, licet speciali et individua mentione ac derogatione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 3. Februarii, MDCCCLXXXVIII Pontificatus Nostri Anno Decimo.

**M. Card. Ledóchowski.**

V.

**Gesetz vom 17. Juni 1888,**

**betreffend die Abänderung des Gesetzes vom 20. Juni 1872 (R.-G.-Bl. Nr. 86), über die Beforgung des Religionsunterrichtes in den öffentlichen Volks- und Mittelschulen, sowie in den Lehrerbildungsanstalten und den Kostenaufwand für denselben.**

Mit Zustimmung der beiden Häuser des Reichsrathes finde ich anzuordnen, wie folgt:

Artikel I.

Die §§ 3 und 5 des Gesetzes vom 20. Juni 1872, R.-G.-Bl. Nr. 86, treten in ihrer bisherigen Fassung außer Kraft und haben fortan zu lauten, wie folgt:

§ 3. Für die Beforgung des Religionsunterrichtes an den höheren Classen einer mehr als dreiclassigen allgemeinen Volksschule oder an einer Bürgerschule ist entweder eine Remuneration zu ertheilen oder ein eigener Religionslehrer zu bestellen.

Wenn der Religionsunterricht in Gemäßheit des § 5 des Gesetzes vom 14. Mai 1869, R.-G.-Bl. Nr. 62, durch einen weltlichen Lehrer ertheilt wird, ist demselben eine angemessene Remuneration zu bewilligen.

Ist der Religionsunterricht außerhalb des Domicils des Religionslehrers zu ertheilen, so sind hiefür nach Erforderniß mit Rücksicht auf die Entfernung und sonstigen localen Verhältnisse angemessene Transportmittel beizustellen oder billige Wegentschädigungen zu gewähren.

§ 5. Die für den Religionsunterricht nach §§ 3 und 4 erwachsenden Kosten gehören, wenn nicht eigene Fonde, Stiftungen oder Verpflichtungen einzelner Personen oder Corporationen bestehen, zum Aufwande der betreffenden Schulen.

Die Regelung der den Religionslehrern an allgemeinen Volksschulen und an Bürgerschulen zukommenden festen Bezüge und Remunerationen, die nähere Feststellung der Bedingungen ihrer Gewährung, ferner die Normirung der Wegentschädigung bleibt, wie dies in Betreff des Dienst Einkommens der übrigen Lehrer der Fall ist (§§ 55, 57 des Gesetzes vom 14. Mai 1869, R.-G.-Bl. Nr. 62), der Landesgesetzgebung vorbehalten.

Artikel II.

Die für den Religionsunterricht im Sinne dieses Gesetzes zu gewährenden Bezüge (§§ 3 und 5) sind jenen Seelsorgegeistlichen, die nach Gesetz vom 19. April 1885, R.-G.-Bl. Nr. 47, auf ein Minimal-einkommen (Congrua) Anspruch haben, in dasselbe nicht einzurechnen.

Artikel III.

Mit der Durchführung dieses Gesetzes ist Mein Minister für Cultus und Unterricht beauftragt.  
Budapest, 17. Juni 1888.

**Franz Josef, m. p.**

**Caffe, m. p.**

**Gautsch, m. p.**

VI.

**Circular des Administrationsrathes der Dampfschiffahrts-Gesellschaft  
des österr.-ung. Lloyd,**

betreffend die Reisebegünstigungen für Missionäre aus Bettelorden, barmh. Schwestern, Seminaristen und Pilger.

Die k. k. Statthalterei für Steiermark hat unter 21. Juli 1888 Z. 15706 zu Folge Erlasses des k. k. Ministeriums für Cultus und Unterricht vom 12. Juli 1888 Z. 12551 nachstehendes Circular anher mitgetheilt:

Nachdem in dem neuen Schiffahrts- und Postvertrage mit der k. k. Regierung die Erleichterung der religiösen und jener Personen, die zu frommen Zwecken reisen, erneuert wurden, hat es der gefertigte Administrationsrath nöthig befunden, durch gegenwärtiges Circular im Sinne des Protokolls aus XI, Abschnitt 5,

die diesbezüglichen Bestimmungen als Norm für die oberwähnten Organe zum Nachverhalte neuerdings zu wiederholen.

1. Missionäre, die zu einem Mendikantenorden gehören, die in das heil. Land und die Länder der Ungläubigen im Dienste der Missionen über Weisung der h. Congregation de Propaganda fide zu Rom, des hochw. P. Generals des Franziskanerordens der niederen Brüder in Rom oder des General-Commissariats für Missionen im heil. Lande in Rom befördert werden, haben auf ihrer Reise, wenn sie dieselbe direct an den Ort ihrer Missionen unternehmen, Freifahrt vom II. Platz, indem sie nur die Kosten ihres Unterhaltes zu tragen haben.

2. Bei einer Fahrt können auf einem und demselben Dampfschiffe nicht mehr als 2 unentgeltliche Plätze für die Missionäre im Orte ihrer Einschiffung eingeräumt werden.

3. Die Eigenschaft eines apost. Missionärs, die Zugehörigkeit zum Mendikantenorden und die Bestimmung in die Länder der Ungläubigen, müssen mit einer gedruckten Legitimation ausgewiesen sein, welche, wenn sie von der Propaganda ausgefolgt ist, — gefertigt sein muß, von Sr. Eminenz dem Cardinal-Präfecten und vom Herrn Secretär und wenn sie vom hochw. P. General des Franziskanerordens erfolgt wurde, von ihm selbst, und vom General-Secretär gefertigt sein. In beiden Fällen muß die Legitimation versehen sein mit dem Großsiegel und die vorgenannten Unterschriften müssen legalisirt sein vom Staatssecretär und von der k. k. Gesandtschaft in Rom.

4. Die Missionäre, die vom General-Commissariate der Mission im h. Lande zu Wien abgeseudet werden, müssen versehen sein mit einer Legitimation des Generales des Franziskanerordens in Rom, wie im Punkte 3.

5. Außer dem im Punkte 1 bestimmten Falle, in welchem die völlige Frachtfreiheit eingeräumt wurde, genießen die apost. Missionäre auf den Dampfschiffen der Gesellschaft bei allen ihren Reisen und auf ihrer Rückreise von der Mission die Erleichterung, daß sie den I. Platz gegen Zahlung des II. Platzes und den II. Platz gegen Zahlung des III. Platzes benützen können. Die Agentien der Gesellschaft und Commandanten der Dampfschiffe sind verantwortlich für die pünktliche Befolgung dieser Verordnung, und es ist ihre Pflicht im Falle der Einschiffung eines Missionärs seine Identität zu verificiren mit Hilfe der Einsicht in seinen Reisepaß und in dem bezüglichlichen Manifeste anzuführen, den Namen und den Bestimmungsort des Missionärs mit allen Daten, die Legitimation.

6. Religiösen und Laien, die zu einem Mendikantenorden gehören, wird auf allen Linien der II. Platz gegen Zahlung des III. zugestanden.

7. Franziskaner-Mendikanten in Dalmatien werden außer den sub 6 enthaltenen Erleichterungen, auf der Linie Triest—Cattaro zwölf unentgeltliche Plätze II. Classe im Jahre, für Hin- und Rückfahrt und dies unter nachstehenden Bedingungen gestattet:

- a) der Religiöse muß mit einer schriftlichen Legitimation versehen sein, gefertigt von dem betreffenden P. Provinzial und vom Secretär und mit dem großen Siegel der Provinz versehen sein;
- b) es wird die Freiheit für ein und dasselbe Individuum nur für einmal ertheilt, für den Lebensunterhalt muß nach der Tarifnorm gezahlt werden, wenn sich der Religiöse nicht selbst verpflegt;
- c) die Fahrt von Triest nach Cattaro kann geschehen von demselben Individuum mit oder ohne Unterbrechung, es kann auch in dem Zwischenhafen ein anderer Religiöse für den ersteren eintreten, jedoch muß er legitimirt sein, wie der Erste und muß die Fahrt von Station zu Station gehen und darf weder hin noch zurück, die festgesetzte Zahl von 12 überschreiten;
- d) jede Agentie führt eine genaue Vormerkung über die obangeführten Reisen und wird in ihrem diesbezüglichen Manifest die fortschreitende Zahl der Reisen mit der Bemerkung der Linie und mit Bezug auf die Legitimation (a) verzeichnen, und wird die Befreiung aufheben, sobald im Laufe eines Jahres die Reisen im selben Jahre die Zahl 12 erreicht haben.

8. Den barmherzigen Schwestern wird auf allen Linien der I. Platz gegen Zahlung des II. Platzes und der II. Platz gegen Zahlung des III. eingeräumt.

9. Seminaristen, wenn sie in Compagnie reisen, in einer Zahl von mindestens 10 wird ein 15<sup>o</sup>/<sub>o</sub>iger Nachlaß des vollen Frachtsages des entsprechenden Places eingeräumt.

10. Förmliche Pilger, die in Zügen von wenigstens 10 Personen geformt sind, genießen eine Ermäßigung wie im Punkte 9, — Züge, die aus mehr als 20 Personen bestehen, erhalten einen Nachlaß von  $\frac{1}{3}$  vom vollen Frachtsage.

## VII.

### Empfehlung:

#### a) des katholischen Buchervereins in Salzburg.

1. Dieser Verein will dem Clerus und dem katholischen Volke alle guten katholischen Bücher und Schriften vermitteln. Er steht deshalb mit ungefähr 50 Verlegern des In- und Auslandes im Geschäftsverkehr.

2. Jedes Mitglied des Vereines kann nach eigenem Ermessen aus dem Vereinskataloge, welcher gegen 7000 Nummern enthält, und aus dem Gabenverzeichnisse wählen, was ihm erwünscht ist.

3. Der Verein richtet sein Augenmerk besonders auch dahin, möglichst billig die Sachen zu liefern.

4. Einen Vereinsbeitrag in dem Sinne, wie dies sonst bei Wohlthätigkeitsvereinen der Fall ist, hat niemand zu bezahlen; wohl aber haben Mitglieder wie auch Theilnehmer jährlich, je nach dem sie mehr weniger Bücher zu erhalten wünschen, einen Beitrag von 3 fl. 50 fr., 2 fl., 1 fl. 50 fr. zu zahlen.

5. Ist der Verein von Sr. Heiligkeit mit vollkommenen Ablässen bedacht.

#### b) des Werkes: „Die Heiligen Deutschlands“.

In der Bonifacius-Druckerei in Paderborn erschien jüngst das Werk: „Die Heiligen Deutschlands“.

Es wird hiemit auf dasselbe empfehlend aufmerksam gemacht, sowohl wegen des Inhaltes, als auch wegen der Widmung des Reinertrages für den wohlthätig wirkenden Bonifacius-Verein.

Der Preis eines brochirten Exemplares beträgt nur 3 Mark (1 Mark = 60 fr. österr. Währ.); derjenige eines einfach gebundenen 4 Mark; eines elegant gebundenen Exemplars 4 Mark 80 Pfg.

#### c) des Hof- und Staatshandbuches

der österr.-ungar. Monarchie für das Jahr 1889, welches von der k. k. Hof- und Staatsdruckerei in Wien im Subscriptionswege um 4 fl., sonst aber im Verchleiß um 5 fl. zu beziehen ist.

## VIII.

### Diöcesan-Nachrichten.

Ernannt wurde der Hochwürdige Herr Canonicus Senior Franz Kosar zum Hausprälaten Sr. päpstlichen Heiligkeit.

Zum f. b. Consistorialrath wurde ernannt der Titl. Herr Jakob Philipp Bohinc, Dechant und Pfarrer in Fraßlau.

Zu geistlichen Räten wurden ernannt die Herren: Anton Dvorsak, Pfarrer zu St. Veit bei Montpreis; Josef Herzič, Pfarrer in Unter-Pulskau; Anton Šlander, Stadtpfarrer zu Windischgraz; Michael Lendovšek, Pfarrer in Marau; Dr. Anton Suhac, Pfarrer in St. Anna am Krickenberge; Jakob Trstenjak, Pfarrer in St. Margarethen bei Pettau; Anton Belsak, Pfarrer in St. Peter bei Nadersburg; Josef Zehel, Pfarrer in Fraßberg, Mathias Arzenssek, Pfarrer in Greis und P. Victor Jerančič, Guardian zu M. Nazaret und Curat ebendort.

Installirt wurden als Pfarrer die Herren: Franz Hirti zu St. Maria in Schleiniz und Anton Pajmon zu St. Martin in Sromlje.

Bestellt wurden: Der Titl. Herr Lorenz Potočnik, Dechant und Pfarrer in Oberburg, als Mitprovisor der Pfarre Maria Neustift und Herr Johann Kapler als Spiritualprovisor in Reifnitz.

**Ueberseht** wurden die Herren Kapläne: Bartelmä Pernat nach St. Ruprecht bei Tüffer, Franz Nendel nach St. Egidien in W.-B., Josef Pečnik nach Cilli, Franz Pečnik nach Pribova, Jakob Vidović nach Kleinsonntag und Jakob Pečnik nach St. Anton in W.-B.

**Neu angestellt** wurden als Kapläne die Herren: Moiš Arzenšek in Oberburg, Josef Atteneder in Videm, Johann Krančič in Greis, Jakob Berglez in Trennenberg, Franz Cerjak in M. Raft, Jakob Cinglak in Zelnitz, Franz Lekše in Mahrenberg und Jakob Marinič in Laufen.

**In den Ruhestand** ist getreten Herr Blasius Trunk, Pfarrer von Schleinitz.

**Gestorben** sind: Titl. Herr Franz Fohn, Jubelpriester, geistl. Rath, pensionirter Pfarrer von Raft, am 28. Juli in Maria Schmolln in Oesterreich und P. Mariošil, Jubel- und Franziskaner-Ordenspriester zu Raan am 7. August.

## J. B. Saverter Ordinariat in Marburg

am 23. August 1888.

Jakob Maximilian,

Fürstbischof.